uis inscripsit et in bonis suis Gerzsville Thurka assecuratis septem flor.
pecuniae mon. Polonicae in eisdem bonis adscribit adiungit et associat
summamque simul iungit, quod erit summa simul iuncta quinquaginta septem flo-
renorum pecuniae. Dan. et admittendum eidem iam exnunc realem intro-
missionem et actualem pacificamque possessionem in bona in originali in-
scriptione specificata, per Ministerialem terrae quemcumque iam ex-
nunc per officium pro ad id additum, Per ipsum Jaworski et eius successores
bonorum praedicta in summa simul iuncta usque ad exemptionem et summae praedictae
simul iunctae omnimodam solutionem, tenendum habendum possidendum et utifruendum
cum omni iure Domino proprietate ac cum omnibus attinendum et pertinendum
Annexis et connexis nullis exceptis, illam priorem origina-
lem inscriptionem per praesentem adscriptionem, et praesentem adscriptionem per origi-
nalem inscriptionem in omnibus punctis clausulis et articulis approbandum,
et confirmandum. Nihilominus praedictus recognoscens se successores suos
bonaque sua obligat et inscribit praesentem inscriptionem ex his actis ad acta
terrae Praemisliensis ante decursum unius Anni in hac vel meliori verborum for-
ma transferre transportare, sub vadio simili septem flor. pecuniae
mon. Polonicae. Pro quo vadio si se dictus recognoscens citare permise-
rit eidem Creditori et successoribus eius Exnunc obmisso suo quibusvis pro-
prio coram praesenti officio Castrensi Praemisliensi cui se actus praesentem
respectu cum bonis et successoribus suis quo ad respondendum subiicit in
primo citationis termino uti peremptorio stare parere rudere ac per
eodem vadio ab officio non recedendum satisfacere tenetur et successores te-
nebuntur omnibus exceptionibus controversiis motionibus ap-
pellationibus earumque prosequutionibus, ac dilationibus quantae universis
quecumque ex industria humana excogitari possint, ac iuris et
facti beneficiis renunciandum et illos postponendum. Nulla in praemis-
sis obstante praescriptione terrae.

## Bledowska cedit Jaskmaniczki

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus No-
bilis Anna relicta olim Nobilis Joannis Bledowski consors mente
et corpore sana exnunc, foro suo quovis proprio obmisso, praesenti ve-
ro Castrensi Praemisliensi iurisdictioni se successores bonaque sua quo ad
effectum infrascriptorum abinde incorporandum publice recognovit. Quia de om-
ni [illegible] inscriptione sibi per Generosum Albertum Lutoslawski Gladi-
ferum terrae Premisliensis super summam sexingentorum flor. pecuniae mon.
Polonicae coram officio et Actis praesentibus factam et in summa quam habet in
bonis villarum Possada et Lodzinka assecuratam, cum omnibus condi-
tionibus punctis, introitu, tuitione, totoque nexu et vinculo inscriptionis prae-
dictae sibi super summam eandem servientem iam exnunc Generoso Joanni Jask-
maniczki et successoribus eius cedit et condescendit, omnique ius sibi vigo-
re illius originalis competens et quomodolibet concernens in ipsum et
successores eius transfundit et incorporat perpetuis temporibus. Dan. et



admittendum eidem et successoribus eius in hoc idem ius summum realem introitum et actualem
pacificamque possessionem per Ministerialem terrae quemcumque iam exnunc per officium pro
ad id additum. Praeterea dicta recognoscens se successores bonaque sua obli-
gat et inscribit praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrae Praemisliensis
ante decursum unius Anni in hac vel meliori verborum forma transferre et tran-
portare sub vadio simili sexingentorum flor. pecuniae mon. Polonicae. Pro
quo vadio ob non transportationem in successoribus praesentibus succubitur et succumbendum dicta
recognoscens per dictum Jaskmaniczki et successores eius citata obmisso
quovis proprio foro coram officio praesenti Castrensi Premisliensi cui se actus
praesentem respectu quo ad respondendum cum bonis et successoribus subiicit in primo
citationis termino tanquam peremptorio stare parere rudere ac per eodem vadio
ab officio non recedendum satisfacere tenetur et successores tenebuntur omnibus
exceptionibus controversiis praescriptionibus suspensionibus motionibus ap-
pellationibus earumque prosequutionibus ac aliis dilationibus quantae universis re-
[illegible] et in praesentem semper. Nulla obstante praescriptione terrae.

## Vruski tenetur sorori

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Praemisliensibus No-
bilis Rost Vruski Pop. A iure foro et iurisdictione suis propriis quibus-
vis recedendum praesenti vero iurisdictioni Castrensi Praemisliensi se cum succe-
ssoribus bonisque suis omnibus in toto quo ad actum et effectum praesentis inscriptionis
[illegible] et subiicit [illegible] suo et Nobi-
lium Fyetzko ac Hryzko Vruskich Kisziatch fratrum suorum germanorum
nominibus pro illorum ratihabitione cavendum, ac se et successores suos in bo-
nis suis omnibus sub vadio infrascripto obligandum publice recognovit. Quia suo
et praefatorum fratrum suorum nominibus Nobili Nastaziae Consorti providi
Wasko Posowicz filii Religiosi Wassil Posowic de villa Sarcae De-
gie Mtis Pyeniani ad Capitaneatum Samboriensem pertinentem sorori sue ger-
manae et eius successoribus summam triginta flor. pecuniae, tum et equum
valoris decem flor. pecuniae tum et tunicam valoris quinque flor.
pro statu eius pertinentem iuxta contractum inter eos habitum tunc temporis
et hoc ratione contentationis dotis de bonis praesentibus ipsam quomodolibet
concernentem tenetur. et est debitus praesentibusque se et suos successores in et
super omnibus bonis suis inscribit et obligat eidem sorori sue vel eius po-
steris pro proximis terminis terrae Premisliensis proxime et immediate
Premisliae celebrandum, tam summam praedictam pecuniariam quam res su-
prascriptas dare solvere reddere plenarie et totaliter ita quod
necessitas praesentis inscriptionis exposcerit et hoc sub vadio quinquaginta
florenorum pecuniae in defectu praemissorum completionis ad solvendum
irremissibiliter et de facto succumbendum. Praeterea idem recognoscens se

## Koblanski inscribit se Vruskim





## Brzoski quietat Capitaneum Leopolien